UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.5. Lazarum interficerent, quem suscitauit Iesus. Velle occidere Lazarum resuscitatum, ostendit fictum fuisse planctum super mortuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53104

Visual Library

D. AVGVS. *cinnant.* Quæ verba ſic ipſe legit: *Iniquitates ma-*
Super pſa. *nus veſtra connectuut.* Neſtis inquit, in SS. litteris
57. Tom. 8. peccata nominari funes animas colligantes: *Fu-*
Prou. 5. 22 *nibus peccatorum ſuorum conſtringitur impius*, ait
V. Salomon. Qualiter funes nectuntur? fila filis cõ-
Similitu- cinnando. Pauca prius colligis, his alia cõnectis,
do. & aliis alia quibus funis textus in longum ex-
tenditur & fit rudens quo nauis ligata detinea-
tur. Ecce quid peccator agat. Primum committis
peccatum funem tibi nectis pernitioſum. An ab
vno filo exorſus es? non vnicum manebit: ſtatim
enim alterum ſibi aduocabit, & hoc alterum &
ſic deinceps, fietque funis quo reus ad tartara
rapiaris: *Et quis omnia poſſet numerare*, cum Diu.
Auguſti. *quæ connectuntur peccata peccatis?* Fura-
tus es? Quia te vidit alius, iudicas & times vitæ
tuæ periculum imminere, ſi hic viuat incolumis,
mortem ergo illius meditaris: quia verò hoc ne-
quaquam fieri poteſt niſi proditionis ſcelus in-
terueniat: & hoc alteri connectatur. Qualis ad
pedes accedis Confeſſarij? quibus funibus alli-
gatus, vt te illis abſoluere neſciat, non poteſtatis
defectu, ſed tuæ difficultatis intuitu, cui te liga-
tum innodaſti. In prætenſione tua vixiſti diu
iniuſta, iudicem aureis haſtis expugnaſti, teſtes
muneribus euiciſti, tribunal peruertiſti, quod tibi
ſupereſt remedium tali fune conſtricto, cuius
diruptionem tibi cenſeas impoſſibilem? In æter-
num damnatus es. In familiari colloquio proxi-
mi famam denigraſti, murmuraſti, de femi-
na dixiſti quod vel erat mendacium, vel maxi-
mè ſecretum nullique cognitum, contumax re-
uocare noluiſti: quia nomini tuo iudicabas inde-
corum canere palinodiam: his conſtringeris, &
confeſſionem inſtituis impiam ac ſacrilegam; v-
nam & alteram, quia illata damna minimè re-
ſtituis. Heu quantum texuiſti funem, qui te om-
ni remedio priuatum ad æternam ducit rapit-
que damnationem.

VI. *Sicut magnes ferrum* (inquit Venerab. Beda) *ſic*
Similitu- *concupiſcentia peccatum ad ſe trahit, & vt ferri*
do. *annulus magneti adhærens alium eleuat, & hic*
BEDA. *rurſus alium donec catena ſit, ſic poſtea alia ex alijs*
Serm. de *pendent.* His appoſitè D. Baſilius mirabilem pro-
Natiuit. fert inductionem illa perpendens verba Iſaiæ:
In cap. 5. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.*
Iſai. Oſtendens peccatorem eo modo procedere quo
Iſai. 5. 18. ille, qui longiſſimum texit rudentem, vnũ enim
alteri, & alteri, & pluribus annectit & intor-
D. GREG. quet. Hinc celebris illa Diui Gregorij propoſi-
L. 25. mor. tio: *Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur,*
c. 12. *mox ſuo pondere ad aliud trahit.* Videtur hoc ei
cõuenire, quod dixit Dominus ad Cain, cuius
iam pectus inuidia, liuorque inuaſerat. O Cain!
Peccaſti: Quieſce: ſtatim aderit in foribus peccatum *Gen. 4. 7.*
tuum, ita legit D. Hieronym. An ergo peccatum
intrauit? an illi portam aperuiſti? ſtatim foras ex- *Epi. 48. ad*
termina, alioquin noueris quod ad portam tuam *Sabinia.*
aſſidebit. nec enim tibi perſuaſeris, quod ipſo in-
greſſo porta non ſit aliis aperienda: ſed illud pri-
mum oſtium ſeruabit apertum, vt vnum ſubſe-
quatur alterum, & hoc ruſus aliud, vſque dum
omnino intereas. Exemplo tibi ſint illi omnium
mortalium miſerrimi.

§. 5. Vt Lazarum interficerent, quem ſuſcitauit Ieſus. *Velle occidere Lazarum reſuſcitatum, oſtendit fictum fuiſſe planctum ſuper mortuum.*

C*Ogitauerunt vt & Lazarum interficerent.* 9
Quinam? Principes iſti nam multi eorum
præſentes adfuerunt, quando Chriſtus eũ
de monumento ad vitam euocauit. O perduel-
les nebulones: iam patet quales fuerint veſtræ
lacrymæ, in morte Lazari. Iudicium ſane ſi btile
lego apud Diu. Hieronymum de quodam Epiſ-
copo Hieroſolymitano nomine Ioanne: ſuſpitio
increbuerat, eum hæreſi infectum, & defenſorem
eſſe errorum Origenis: die quodam prol are vo-
luit ſe Catholicum, profeſſionem emittens fidei
Catholicæ: porrò paucis elapſis diebus contrariã
profitetur, inquit D. Hiero. Hæc confeſſio quam
modo pronuntias fidei Catholicæ contrariam
ex corde ſic ſyncero mihi planè perſuadet illam
quam præteritis diebus emiſiſti, eſſe fictitiam:
Præſentia indicant præterita. Vix aliqui dies inter- D. HIER.
currerunt, à quibus iſti, mortem audientes Laza- *Ep. 61. ad*
ri, Bethaniam profecti ſunt, pullis ad vſque ter- *Pammach.*
ram veſtibus induti, & lugubri triſtes amictu, vt *Tom. 2.*
ſorores de morte fratris Lazari conſolarentur,
& mortuum deflerent: & accedente Chriſto,
ipſiſque flentibus, pariter & illi vbertim flere
cœperunt, & mortuum vt amicum luctu proſe-
qui amariori: Chriſtus illum à ſepulchro viuum
ſuſcitat, & ilico in eius conſpirant necem: Væ
proditores: *Præſentia indicant præterita.* Hic liqui-
dò patet, luctum fuiſſe ementitum, planctumque
ridiculum, non ex amore profectum ſyncero
erga Lazarum, ſed de humanis emanaſſe reſpe-
ctibus. I.
Hoc ſuppoſito, quot lacrymas arguere poſſum Fictæ
ementitas? Tua confiteris peccata, deploras ani- quorum-
mæ tuæ mortem tanta lacrymarum effuſione, vt dam pec-
Magdalenam videaris imitari: abſolueris ab il- catorum
lis: lacrymæ,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lis? diuino illo & efficaci verbo ſuſcitaris: vix anima tua vitam recepit: & ecce cogitas qua ratione nouis illam occidas ſceleribus, & trucides iniquitatibus. Heu te nimis infauſtum: an ergo illæ erant lacrymæ, quibus animæ tuæ mortem ſic amarè proſequebaris? fictitiæ fuerunt. *Præſentia indicant præterita.* Quàm probè te nouit Dauid, & quàm eleganter tua deſcripſit propoſita, tua promiſſa, tuas lacrymas & eiulatum, Deo locutus verbis illis aliàs explanatis: (Pſa. 65. 3.) *In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.* O Domine, te tuam prodente potentiam, & brachium tuum attollente, quot tibi centena imponent inimici tui mendacia? (II. Similitudo.) Occurrit vir nobilis viliſſimo ruſtico grauibus eum conuitiis impetenti, pugno illum excipit, vel inflicto vulnere pedibus ſuis proſternit: ilico totis votis exclamat & obteſtatur. Heu Domine mi, peccatum meum agnoſco, precor ignoſcas. Domine ſeruus tuus ſum ego perpetuus, me tibi ſemper habebis addictiſſimum mancipium. Votis ſupplicantis annuit vir ille clariſſimus, liberumque abſoluit: & ecce grauiori in eum furore debacchatur. An non ille tu, qui promiſiſti, & iuraſti numquam à te vllam ei irrogandam fore calumniam? illi te ſemper ſeruiturum? te pœnitere ex corde præteriti? Hoc animo ſpopondit ille ementito formidine gladij quem in pectus ſuum cernebat eſſe denudatum.

Hoc, inquit Pſalmiſta, mille contingit peccatoribus. Deum offendis, in concubinatu viuis effrænis alienis diteſcis bonis, odio flagras in proximum & vindictæ cupidine: infligit tibi Deus colaphum infirmitatis, te in lectum proſternit, gladium cernis in te directum, periculum tibi imminere, vereris ne tibi vitam iudex eripiat. O quales depromis proteſtationes, quæ propoſita: veniat Confeſſarius hodie volo ſanctus euadere, hodie florere virtutibus. O Domine mi, ſi mihi priſtinam reſtitueris valetudinem, quàm tibi ex animo famulabor. Illum tibi retribuit, & quàm primùm illa gaudes, in priſtina relaberis. Ilico ad meretricis recurris ædes, ilico ad ludos & tabernas, dico ad eaſdem murmurationes. Quid hoc amice? vbinam illæ tuæ lacrymæ? tua promiſſa? tua propoſita? Deo, teſtatur ſic Dauid, mentiris, brachij illius potentiam vireſque reformidans. Mea quidem ſententia, lacrymæ vocari poſſunt mendaces.

Hoc ipſum egregiè Deus per Oſeam expoſuit eo loco, quem ſupra explanauimus. Intuetur (noſtro loquendi modo) quoſdam Propheta peccatores, qui videbantur eſſe contriti, & petere re-

miſſionem, ingemiſcere, flere, & ſpondere meliora. Ne credideris eis, inquit Dominus prophetæ: *Ego ſcio Ephraim, & Iſrael non eſt abſconditus à me.* (Oſe. 5. 3.) Ego noui eos vtique eorum creator, ego optimè noui vuas vineæ meæ. O Domine, quàm amarè flet: O Domine, quàm ex imo corde ingemiſcunt, Domine, quàm ſeriam promittunt vitæ correctionē, Domine quàm pie in genua procumbunt, vt cœlū vi rapere velle videantur! Hæc flocci facias omnia, ait Dominus: nihil etenim horum ſeriò fit, nec mei gratia, nec me corde ſuo complectuntur nec pectore: quinimo cor eorum impudica poſſedit fornicatio: *Non dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur ad Deū ſuū; ſpiritus enim fornicationum in medio eorum.* Sed vnde conſtat hoc? qua ratione comprobabis? Modicum exſpecta, inquit Dominus, donec hinc egrediantur, parua temporis mora prætervolet, & ecce *Reſpondebit arrogantia Iſrael in facie eius.* (III. Similitudo.) Notate, velim, verbum *Reſpondebit.* ſumitur enim metaphora à febri tertiana. Febris hæc virum arripit, exurit, deferuet, recedit, aduocat is medicū, ventrem purgatione euacuat, febris expellitur. Gaudet quàm plurimum, iam ſibi ex integro valere, congratulatur medico, noua renuntiat; cui medicus: ne te ſanum arroges: mane etenim reſpondebit tibi, & alia forſan æſtuabis ardentiori. Peſſimus ille humor ſe recepit, venis abſconditus: videbis in illis latere morbum, in eo quod ilico noua tibi reſpondebit. Hoc Dominus ait. An placet ô Propheta cernere eos minimè eſſe ſanatos & intus malum latere abſconditū? Modicum expecta, confeſtim enim alia ſimilis reſpondebit febris; nam ſtatim in idem relabentur, hic ad amicæ ſuæ domum; ille ad tabernam luſoriam, ille ad ventris ingluuiem, alter ad murmurationes. Ex his tuas examina lacrymas: diſcute vtrum veræ fuerint vel fictæ & ementitæ.

§. 6. *Ridiculæ fuerunt horum lacrymæ in obitu Lazari, ſunt etiam eorum pœnitentium, qui hos imitantur.*

EX ſibilat Spiritus S. Ægyptiorum planctum 10
& lacrymas, eaſque ſtultas vocat & excerebroſas: *Aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem* (Sap. 15. 6.) *inſcientiæ.* Et meritò: *Adhuc inter manus habentes luctum & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſcientiæ: & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos perſequebantur.* Talis autem hic caſus fuit: vt poſt alia duriora flagella Deus Ægyptios, quia filiis